comitatum florentinum ingenio tur-
bando et reddendo mala pro boniſ
ac tornanum castrum per ſingulareſ
personaſ violenter permittendo
teneri fide fractiſ et pactiſ futurum
exitum ignoranteſ.

Igitur florentini otium invenire
credenteſ irati ſunt fortiuſ timen-
teſ tamen ne diceretur ipsoſ loco
iuriſ habere potentiam incipere
dubitabant nec desistere poterant
cum honore. verebantur idem
civi civitatiſ ſenensiſ iuribuſ cum
esset plena populo gente probiſſima
ac in cunctiſ amena et inpari iure
posset omnibuſ respondere. Interim
cum venissent in castro dicto mon-
tepulciano degenteſ perrexerunt
castrum velle ſubicere florentiniſ
affirmanteſ aliquibuſ non teneri
nisi iure diocetano episcopo are-
tino. Florentini vero ſuper huiſ
deliberatione habita competenti
illud nulliſ pactiſ appositiſ in custodiam